

Cartulaire de l'Abbaye de Redon en Bretagne: [832–1124], Nr. 173

Haec carta indicat atque conservat quod vendidit Maenuuobri .IIII. modios de brace, hoc est, partem Uuicanton et duos modios et octo sextarius de parte Santan; et donavit Roiantken ad Maenuuobri .XX. solidos argenti pro parte Quicanton cum sua villare, et duas partem Santan; et donavit Maenuuobri ad Roiantken ipsam terram suam, alodum quod emerat de Haeluuicon; sic vendidit Maenuuobri cum terris cultis et incultis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, mobilibus et immobilibus, totum et ad integrum, in alodum dicombitum ad Roiantken et seminibus suis post se. His presentibus actum fuit: Comaltcar, presbyter, testis; Louuian, presbyter, testis; Finituueten, presbyter, testis; Loiesou, testis; Nominoe, testis; Haellifois, testis; Blenliuuet, testis; Haeluuicon testis; Uuincalon, testis; Iarnuualt, testis; Haeluuoret, testis; Marcocuueten, testis; · UUordoetal, testis; Uuetenhoiarn, testis; Omnis, testis; Haeluueten, testis; Maenuuocon, testis. Hoc factum est in tempore Karolo rege, dominante Salomone Britanniam et Rethuualatro episcopo in [.....], .X. kal. feb., .V. feria, luna .XIII.